

45. <Quibus bellis * * * * >

Etrusco bello cum Porsenna rex Ianiculum ob- 1
sedit;

Gallico bello cum Galli Senones exercitu aput
Aliam deleta urbe incensa Capitolium obsederunt; 5

Tarentino bello cum Pyrrhus ad vicesimum la- 2
pidem totam Campaniam populatus accessit;

Punico bello cum Hannibal Cannensi exercitu fuso
ad tertium lapidem castra posuit;

Cimbrico bello cum Cimbri Tridentinas Alpes 10
occupaverunt;

servili bello cum Spartacus Crixus et Oenomaus 3
gladiatores populata prope <tota> Italia, cum ad in-
cendendam urbem pergerent, in Lucania a Crasso, in
Etruria a Pompeio consule opprimuntur. 15

46. De tribus Punicis bellis

Populus Romanus <ter> cum Carthaginiensibus di- 1
micavit. primum Punicum bellum navalibus copiis
gestum est. causa motus praetendebatur duplex: altera 2
quod Carthaginienses Tarentinis adfuissent, altera 20
quod Mamertini adversus Poenos auxilium poscerent;
ceterum re vera praemium fuit Siciliae et Sardiniae